De Annexione sumi Pontificatus cum Episcopatu Romano.

Cardinalis Petrus de Alliaco in q. Vesperiarum post statutas conclusiones referens opiniones de modo quo Eccla Romana habuerit principatum id est sumus Pontificatum sic ait. 4º modus e. q eum non habuit imediate à Christo sed à B. Petro qui de Antiochia in Romanam Ecclam sedem suam transtulit, et eam omnib. alijs Eccliis pretulit.

Et infra in corollarijs propositionibus 2a. e. q isti Pontificatus non sunt necessario sic annexi, quin ex causa rationabili ualeant separari: puta si Sumus Pontifex cum concilio generali iudicaret esse utile Eccle uniuersali q Ecclam Romanam omnino dimitteret et alteri se copularet. Sentit q unionem esse de iure humano siquidem per uoluntatem Pontificis potest separari.

Axiomata christiana lib. 2º a. 3º c. 8º ad finem, i. est q Aplica sedes (inquit) ac primatus spiritualis in Romana Eccla Romanoque Pontifice uerum non sic quin possit Papa, qui et Romanus Episcopus est Romanam Ecclam relinquere, et inde Petri cathedram ad aliam Ecclam transferre. Est quidem nunc, fuitque semper à Petro Apostolica sedes in Romana Eccla quia placuit hactenus Petri successorib. sedem in ea Ecclesia conseruare in qua Petrus uiuens ipsam habuit atque moriens reliquit. Reliquit inquam non mandato sed facto, hoc est, quia in illa obijt inde ad martyrium raptus. Verum non sic quin possit Papa inde ad aliam Ecclam huiusmodi sedem transferre: tum exemplo Petri, qui primum Antiochię illam habuit unde eam Romam transtulit: tum quia Primatus huiusmodi diuinitus institutus nulli particulari Eccle aliquo diuino iure ascribitur. Unde fit ut diuina sit eius institutio ut monstrauimus humana autem eius isti. l. illi Eccle applicatio, Quae autem humana sunt Papa mutare potest.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

Rodericus Dosma Delgado Doctor Salmaticensis et Pacensis canonicus Lib. 3. de autoritate Sacrę scripturę c. 9. ait in hęc uerba. At uo modus quo cum totius Eccl[esi]ę Pontificatu peculiaris Romę Episcopatus coniunctus est, ut Petro è uita mortali excedenti Romani Episcopi succedentes Sumi Pontifices Ecclesię uniuersę pariter sigilatim forent eiusq[ue] Principis Apostolorum iuxta dominicum Consilium, ductum, afflatum actiuo uoluntate ac dispositione sumptus censendus est. Is namq[ue] pro sumi Pontificatus collata ordinaria potestate successioni successoribus q[ue] in futurum uti tetigimus prius, normam praestituere ualuit: pro habitis uero Sp[irit]us Sancti primitiis quę tunc expedientissima foret prescivit, cum ea praesertim ad Eccl[esi]ę uniuersę utilitatem authoritate omnium destinatam, et Supremi Pontificatus assumptam curam spectaret: id circo q[ue] nihil ea de re statuisse tantum potestate, sapientia, uirtute Principem opinari, nimis quam absonum est. ut contra consentaneum est posteros praescriptam ab illo regulam obseruasse successores q[ue] reuerentes nequaquam imutauisse quamuis pro suscepta par[ilis] Pontificatus potestate quirent. Hęc ille - dicit q[uo]d hanc unionem fuisse ex uoluntate et dispositione Petri acti diu[in]o consilio et afflatu; et absonum esse q[uo]d Petrus de hac re nihil statuerit, et quod illius statutum potest à successoribus pro pari adepta potestate mutari sentitq[ue] esse de iure humano. ~.

Et infra cum retulisset successiones Ecclarum ex Clem. lib. 6. constitutio - Ap[osto]li. c. 8. et lib. 7. c. 46. subdit / ex his u[idetu]r indicat Linum particularem Romę Episcopum non sumum Pontificem fuisse eiq[ue] mortuo iridem suffectum fuisse Clementem, cui peculiari Romę Episcopo sumum appositum fuisse Pontificatum ubi Petrus martyrio uitam consumasset iuxta ipsius uiuentis determinatam destinationem . et in sequentibus dicit Petrum iam moriturum Clementem suum successorem designasse in sumo Pontificatu, quod probat ex Epistola Clementis ad Iacobum ~ Sentitq[ue] nunq[uam] Petrum Ap[osto]lum fuisse Episcopum Romanum s[ed] illum post mortem suam in persona Clementis cum Sumo

Pontificatu

Pontificatu coniunxisse (quod satis indicat in sua sententia nihil in hac annexione fuisse iuris diuini) sed in eo decipitur quod existimat Petrum nō fuisse Episcopum Romanum.

Joannes Lensęus lib. 4. de Eccla. c. 6. cum Philippus Mornęy ut infringeret Primatum Romani Pontificis obiecisset quod 70. annis Auinione resedit respondet his uerbis. Verum et hoc nullius eē momenti ex ante dictis cognoscit, quia nec Romana quidem Vrbi Christianam Ecclam affigimus nihilq interesse putamus ubi eius Pastores suam habeant sedē modo à Petro successionem retineant. Namq Ecclā Christi passim à nobis Romē Ecclē titulo designet non hoc eō fit quod necesse esse arbitremur ut sui Pastoratus sedem Romę fixam habeat, sed quod eam hactenus singulari Dei prouidentiā tot annorū serie ab ipso Petro Apostolorū Principe Romę habuerit. An autem non alio quopiam per Antichristi persecutiones transferenda sit hęc Petri Cathedra nouit is solus qui tempora et momenta totumq Ecclę regnum in sua habet potestate. Cum dixit Pontifices Romę sedem habuisse Episcopatum intelligit non residentiam aliàs falsum assūmeret ut patet in illis 70. annis quibus Pontifices Auinione resederunt, q̄. cum dixit non habere Romę fixā sedem intelligit quod possunt relinquere Romanū Episcopatū et aliū assumere.

Antonius Polus Venetus in Lucidario Potestatis Papalis. l. 2. in explicatione parte (uniuersalis) loquens de absoluta, et uli potestate Petri uice Christi, sequitur (inquit) quod talit fuit ei tradita quod ipse habuit authoritatem ordinandi et dispensandi et disponendi de ipsa potestate secundum modū et formam qualit transiret à Deo in alium post ipsum. Vbi non dubium quin de potestate Vniendi Sumum Pontificatum alicui particulari Ecclesiae etiam intelligat.

Et lib. 5. iam ab initio fol. 45. sic ait. Ex his etiam perspicu potest quod de iure diuino nulla Eccla ordinata est 1.a nec 2.a sed Christus unicam tantum ordinauit Ecclam Catholicam: bene ordinauit unum Apostolorū 1.m S. Petrum ex quo factum est consequenter ut illa 1.a appellaret, in qua sederet ille quem ipse Dominus 1.m ordinauerat. Petrus autem quamuis adminastrationem 1.o habuit in Antiochia ubi 1.o Cathedram Episcopalem posuit, post modum uno tempore, et uno die simul

cum

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

cum ~~B~~ Paulo in Urbe Romana sub Caesare Nerone gloriosa morte coronatus est, et parit Romanam Ecclam Christo Domino consecrauit eamq omnibus uiribus in uniuerso mundo sua praesentia, atq ueneran do triumpho praetulerunt. Vnde quando in sequentibg dicit Petrum se disse Romā iussu Dni non intelligit quod ius sio illa faciat ius diuj[no] alias falso dixisset Dominum nullam Ecclam instituisse 1[am]. aut 2[am]. sed intelligit quod Petrus dum hunc ordinem Ecclesias instituit et Romane copulauit summum Pontificatum fuit inspiratus à Deo sicut et in alijs insignibus operibus credimus illum fuisse diuinitus inspi ratum nec tamen omnia illa dicimus esse de iure diuj[o].

Fran[cus]. Turrianus in defensione contra Antonium Sadelem c. 21. cum obiecisset hereticus Primatum Petri non esse de iure diuj[o] quia ab Antiochia translatus est Romam ut respondeat sic ait. Vbi habes ti ~~pri~~ Primatum sedis Petri mutatum esse? fuit ne mutatus quan do Cathedra Petri Antiochena translata est Romam et facta Roma na? est ne de loco uel Antiochie uel Rome in Euangelio? que nugae sunt iste tue? An uacat illud ius diuinum Primatus Petri cui soli Chri tus dixit tu es Petrus et super hanc petram aedificabo Ecclam meam quia Petrus cathedram ex Vrbe Antiochia ad Vrbem Romam, Iudeorum et Gentium dnam que instar orbis terrarum erat Dei nutu et uoluntate transtulit?; nutu dixit quod satis significat inspirationem, non iussio nem que faceret ius diuinum, alias responderet utiq iure diuj[o] fuisse primatum ab Antiochia ~~et~~ in Romam translatum si hoc esset cons tans in fide. Deum autem posse sua praecepta mutare est apud hereticos etiam indubitatum et patet in abrogatione legis ueteris. hec q[uo]. fuisset firma responsio si illam translationem primatus crederet esse de iure diuj[o].